



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

91. An in Hispania potio dicta Chocolate frangat ieunium? Et quid de cervisia, & vino ex aromaticis condito, &c. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. r. 194.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

## De Ieiunio. Ref. XC. &c.

249

ne formaliter, vel virtualiter maneat. Sed cum hoc  
praeceptum individuum habeat materiam, semel trans-  
gressa non vterius remanet materia, quæ præcipiat;  
et ido Montesini, & aliorum opinio non est tenenda.  
Vide *Sapientia*, in *Resolutio*. 37. & 44.

RESOL. L. LXXXIX.

An qui in die ieiuni⁹ sepius modicum quid comedit; ita ut si ille pars comedione coalescant in unum, & efficiant quantitatem notabilem, frangat ieiunium, & peccet mortaliter? Ex p. 3. tract. 6. & Miscell. 1. Rcl. 43.

**A**firmatiuam sententiam docent communia-  
in s.1. ter DD. quia cum sit eadem dies, illae parua-  
concessiones continentur, & coalescent in unum, ef-  
ficiendo quantitatem notabilem. At Iohann. Salas in p.2.  
*D. Thom. tract. 13. disp. 16. sed. 26. in fine*, limitat, ut  
procedat tantum, quando ille absolutè vellet vino, &  
ad eum actu, omnes illas modicas comediones, fecis-  
sunt si conditionaliter quis vellet ita eas comedie-  
re, ut nunquam peccaret mortaliter, sed venialiter  
zum, hoc est, ut omnes illae comediones essem-  
ent veniales.

4. Verbi hæc opinio aliquibus displicet, quia non est in potestate comedentis, facere ut ex omnibus illis modicis conessebimus, eadem dñe habitis, non coalest materia notabilis, unde resulget peccatum mortale: & ex limitatione Salas sequitur, quod quis posset cludere præceptum, seu votum ieiunij centies in die modicum quid comedendo, & intendendo omnes illas modicas conesse tantaum centum peccata veniam committere. Sed hoc dicere est absurdum. Ergo, &c.

RESOL. XC.

An in fracione ieiunij deorsum parvitas materia? Sed difficultas est, quoniam parvitas materia excusat à fracione ieiunij?  
Et an pons in Hispania dicta Chocolate, frangat ieiunium?  
Et censim aduertitur quantitatem collationis serotina esse unius octo. Ex p.s. tr.s. Resol. I. 1.

R<sub>espondeo</sub> affirmatiuē cum Sanchez *in summ.*  
Rom. 1. lib. 1. cap. 4 num. 12. Alphonso de Leone  
de Offe Confess. p. 1 recollect. 7. num. 23. & aliis commu-  
nit. inter. Sed difficultas in casu nostro est, quānam par-  
tē materia excusat à fratione ieiunij, nam relinqu-  
te hoc ad arbitrium boni viri non est tollere scrupu-  
lum, sed magis augere? Et ego apud nullum Docto-  
rem inveni hunc casum in terminis pertractatum, so-  
lo non sufficiens illum pertractat, & talem materiam de-  
terminat Aloysius Turrianus Societ. I E S V *in summ.*  
Eccl. mor. part. 1. cap. 256. dub. 27. num. 2. vbi sic  
affertur. Quantitas duarum vinciarum communis cibi  
non sufficit ad peccatum mortale. Ita ille, qui nullam  
tamen adducit rationem pro hac sententia, sed nos in-  
fra adducimus. Igitur secundūm Turrianum quis ma-  
teria antequam ē domo exeat, potest sine mortali fra-  
dō fratione ieiunij sumere quantitatem cibi duarum vincia-  
rum, & postea hora confusa comedere, & seid ves-  
perinam collatiunculam sumere, quam ipse putat in  
dub. 38. n. 1. posse sumi in quantitate vinciarum octo.  
quod ego etiam docui in part. 1. tract. de ieiunio ref. 1.

2. Notandum est hic obiter contra Turrianum in  
Somma, part. I, cap. 256. dub. 24, concl. 4 & 7. potionem

in Hispania dictam Chocolatæ, frangere ieiunium, nisi  
excusetur ex paruitate materiæ, ut ego dñeui in part 4.  
tract. 4. resolut. 194. & nouissimè docet Anton. de Leon Q[uo]d aq[ua]  
in sua eruditissimæ moral. del Chocolate. vbi part. 3. num[ero] 20.  
determinata, etiam paruitatem materiæ. Sic enim ait, Ref. 1. post  
[Se pueden considerar los ingredientes de por si para seq. laq[ue]r.  
hazer el compuesto, y tambien el compuesto hecho, lavar de q[ue]r.  
Si este se confidera se podra beuer la quarta parte de aq[ua]lesq[ue]s Ref.  
una xicata comun, y ordinaria, y a lo mas la tercera  
parte. Si se consideran los frutos secos q[ue] se modo q[ue] no.

parte. Si se consideran los simples, que es modo menos engañoso, se podrá echar media onza de pasta asolar necesario, con la cantidad de agua que cada uno quisiere, y esta tengo para mi que sea materia parva.] Ita ille. Ex quo etiam desumitur ratio ad firmandam opinionem Turriani *vbi supra*. Nam Reginald, tom. 1, lib. 4, cap. 14, num. 18. Layman lib. 4, trac. Etat. 8 cap. 1. num. 9. Fillius tonz., tract. 27, part. 2, cap. 3, num. 3 & alij assertur \* quantitatem collationis serotinae in ieiunio reducendam esse ad quartam partem quantitatis cœnae ordinariae: ergo quantitas parvituris materiæ non strangens ieiunium reducenda est ad quartam partem quantitatis collationis serotinæ, vnde Antonius de Leon *vbi supra*, num. 21, sic ait. [Porque ay quien reduga la colacion a la quarta parte de la cena comun, no es mal fundamiento, para dezir que la quarta parte de la colacion sea materia parva.] Ita ille. Sed probabiliter assertur Doctores, ut visum est, quantitatem collationis serotinae esse octo; ergo quantitas parvituris materiæ non strangens ieiunium erit ynciarum duarum, vt vult Turrianus,

RESOL. XCII.

*An in Hispania potio dicta Chocolate frangat ie-  
niuum?*  
*Et quid de cerevisia, & vino ex aromaticis condito, &c?*  
*Ex p.4, t.4, & Misc. Ref. 191.*

**S. I.** **A**ffirmatiua sententia probatur per ea, qua  
adducit Villalobos in summ. tom. I. trall. 13.  
difficil. 8. num. 1. vbi sic ait: [Ha se de aduertir que  
ay bevidas, que son juntamente comidas para substentar,  
y essa lleuan mescladas cosas, que sustentan, las  
quales no se pueden comer en dias de ayuno, si no es  
a la hora de comer.] Idem docet Lloulo, de San Juan  
in sum. q. de ieiun. art. 12. diffic. 1. dub. 1. sic enim asserit:  
[Ay algunos condimentos, que se toman por modo de  
Sup. hoc ex  
Ref. preteri-  
ta lege § 2.  
& Ref. seq.  
lata doctr.  
alterius Ref.  
ius primis  
not.

beuida, y tal beuida no es lícita.]  
2. Dicendum est igitur cum Sanchez in opusc. tom. 2.  
lib. 5. cap. 1. dub. 23. num. 1. Azorizo part. 1. lib. 7. cap. 10.  
qus. 7. Layman ubi infra, & alii penes ipsos, quædam  
esse liquida, quæ licet trahantur per modum potus,  
habent tamen propriam, & per se rationem cibi, quare  
solvant jejunium, & Sanchez ponit exemplum de  
aqua saccharo mixta, quod etiam confirmat Fagundez  
de precept. Eccl. p. 4. lib. 1. cap. 2. n. 46. Sed hæc omnia  
accidunt in potu dicto chocolate, in quo ingreditur  
saccharum cum aqua mixtum, & alia res maioris sub-  
stantiaz: ergo dicendum est frangere jejunium, cum sit  
potius cibus substantialissimus, quæ meritis poteris, &  
aqua, quæ in dicta potione ponitur, ex necessitate pot-  
erunt ad disoluendum ingredientes.

3. Et ideo omnia supradicta doceat etiam Franciscus  
Sylvius in 2. 2. D. Thome q. 547. art. 6. & quia codex  
ararus est, ponam per extensum eius verba, itaque sic  
afficerit: Solueret iżium si quis sumat magnā quanti-  
tatis potum multrum nutritiūm, veluti cereusūm  
craſſam, multisque ſubtantioſam, aut vinum ſue  
ſaccharo, ſue aliis aromaticis variè conditum, aut qui  
aliоquin valdē copiоſe alat. Quapropter quod Diuīs  
Thomas in reſpons. ad 2. ait: Non intendit Eccleſia a  
Sup. hoc in  
Ref. seq. 9. 13  
iſ, prop̄  
fin. veri,  
Quod ſi,

## Tractatus Sextus

interdicere abstinentiam portus, de eo, qui merus potus est, intelligendum existimo, non de illo, qui secundum se sit multum nutritius. Vnde D. Thomas velut pro ratione subdit, quod potus magis sumitur ad alterationem corporis, & digestionem ciborum assumptorum, quam ad nutritionem; quæ ratio de illo, qui merus potus est procedit: non de eo, quod per se multum nutritius sit, præsertim si ex professo sumeretur ad nutriendum. Hæc Sylvius, quæ quidem satis destrue videtur potionem chocolatæ in tempore ieiunij.

4. Quod clarius confirmatur; nam merus potus, vt afferit D. Thomas *vbi s'prà*, cum *Iessio lib. 4. cap. 2. dub. 2. num. 10.* Layman *lib. 4. truct. 8. cap. 1. num. 7.* & alius *Philosophus*, & *Medicus* per se, & principaliter deseruit ad alterationem, sine refrigerationem, vel ad deiiciendum cibum in ventriculum, & alimenti sanguinisque distributionem, & non ad nutriendum corpus. Sed potio chocolatæ, per se, & principaliter ordinatur ad aleandum corpus, cùm sit sumptu multum nutritiva, & ideo non sumitur omni tempore, sed manè, vel serò, quando iam digestio cibi sumptu est confecta, & homo eget nouo nutrimento. Ergo clarè appetit dictam potionem chocolatæ magis sumi per modum cibi, vt vera est, quam per modum potus. Ergo frangit ieiunium, & hoc apud me est validissimum argumentum, nec aduersus illud valet dicere quod vinum etiam nutrit, & tamen eius sumptio non frangit ieiunium. Nam respondeo, vinum nutrit quidem aliquantulum per accidens, nam per se, & principaliter non ordinatur ad corpus nutriendum, quod contrarium accidit, vt patet in potu chocolata, ergo, &c.

5. His tamen non obstantibus sententia affirmativa suaderi potest; quia hodie (vt fertur) in Hispania sumptio chocolatæ effecta est potus visualis. Ergo non frangit ieiunium, & ita testatus est mihi Illustrissimus D. Didacus Trafmiera Inquisitor huius Regni Sicilia, vir litteris, & morum suavitate ornatussumus: hanc sententiam docere plures Patres Societatis Iesu, & docuisse etiam magnos illos viros Antolinez, Basilius Pontium & Franciscum Cornejo sacrae Theologiae in inclita Academia Salmanticensi Professores, vnde ad doctrinam, quam pro parte negativa superius adduxi possit quis respondere, illam tanquam veram tunc admittendam esse, quando illæ potionis non haberentur in provincia pro potu visuali, secus autem si pro potu visuali sumerentur, vt afferunt accidere in cafo nostro. Vnde Paludanus *in 4. disf. 15. quest. 4. num. 34.* sic ait. Potus autem ante & post non solvit ieiunium, quod intelligo quando non conficitur ex esibilibus, non tamen consuevit sumi in cibum, vt potus certissima Ita ille.

6. Et ideo, licet hanc sententiam ego non approbem, cùm pro modo potius contrariam teneam; non audeo tamen dammare, supposito ex relatione supra dicti Illustrissimi viri, quod illam docuerint tot viri docti, quos superius adduxi: vnde satis sit exter homini hac pro ytraque parte cursim tetigisse; nam vera resolutio huius dubii in posterum tenenda præstansissimis Hispaniæ Theologis, merito relinqua videatur, qui cùm ad sint in loco, vbi sumitur dicta potio, facilius, quam alij scopum veritatis attingent, &c.

## RESOL. XCII.

*An si quis in diebus ieiunij sumeret duas uncias potionis vulgo dicta chocolate frangeret ieiunium? Ex p. 8. tr. 7. & Mic. Rel. 54.*

§. 1. **D**e hoc casu interrogatus fui per literas ex Hispania ab amicissimo, & doctissimo D. Iosepho de Napoli, heu quondam in supremo Italiae consilio regente meritisimo, & resolutio huius casus pendet ex duabus difficultatibus. *Prima*, an potio Chocolata ex se frangat ieiunium? *Secunda difficultas*, an partitas duarum unciarum excusat à fractione ieiunij? Ex quod primam difficultatem, ego in p. 4. truct. 4. Q. resolut. 194. affirmatio sententia adhaesi non tamen ausus sum negatiuam sententiam tanquam improbabilem damnare, vt etiam necillam damnat nouissime me citato. *Ægidius Trullench*, in *Decalogum* to. 1. lib. 3. cap. 2. dub. 2. num. 15.

2. Quod magis tunc opinor ex autoritate sapientissimi Caramuelis in *Regulam D. Benedicti*, disp. 128. num. 1613. vbi sic ait: De Chocolate maior est difficultas, quia in India est potus visualis, vt constat ex communis omnium relatione, quibus debemus credere, sicut credimus esse Constantinopolim, quam nunquam vidimus; ergo de Chocolate dico.

3. In iis regionibus, vbi est in communi vsu posse sumi, quin frangatur ieiunium. Ratio est manifestissima, quia supponitur esse potus visualis. Interrogas vnam sit in communi vsu? Respondeo esse aboluisse in India; nullatenus in ytraque Germania, neque aliis Septentrionalibus Prouinciis, quibus vix cognitum. In Hispania nostra multi credunt esse potum visualis, & ideo multi sapientes & cordati sumunt etiam in diebus ieiunij: ergo saltē vidi esse haustum satis frequenter, præcipue in magnis ciuitatibus, & florentissima Academiis. Ex iis ergo, si quis probabilitate judicaret esse potum in Hispania visualis, in diebus ieiunij ibi sumere poterit. Præterea vinum in multis partibus Septentrionalibus non est potus visualis, sicut nec cerevisia in Hispania, nec licer, nec Aloxa in Belgio, Anglia, Germania. Qui probabilitate credidit cerevisiam frangere ieiunium in Hispania, non autem in Belgio, & vinum frangere ieiunium in Scythia, non in Hispania, nou poterit vti Chocolate, & si vtar in die ieiunij extra prandium, condemnandus est, iuxta materiam quantitatim. Quod si probabilitate credas nullibi frangiri ieiunium cerevisia, licet bibatur tanta quantitas, vt contineat hordei materiam grauen, credere etiam debes nullibi etiam per Chocolate, in quia sicut sufficit cerevisiam esse potum whalem in ytraque Germania, ad hoc vt in reliquo Prouincie in quibus vix nomine cognita, possit interduci obseruato ieiunio; sufficit etiam Chocolate esse potum visualis in India, & quasi visualis in Hispania, vt liber in aliis Prouinciis bibi possit. Ita Caramuel.

4. Nec deseram etiam hinc apponere verba docti Ioannis Machadi de perfetto Confessor, tom. 1. lib. part. 4. truct. 4. documen. 1. num. 8. vbi, me citato, sic ait: [ Si Chocolate quebrante el ayuno, es muy dudoso entre los Doctores. La parte affirmativa defende y prueba con grande erudicion el Doctor Antonio de Leon Relator de supremo Conuento de Indias, y merece dor de otros mayores puestos; por sus grandes letras, capacidad, y buenas partes, como testifican sus doctos escritos, cuya alabanza no menor es, que es hermano del Doctor Juan de Leon Canongo de la Puebla de los Angles Maestro de Predicadores, y emporio de todas buenas letras, y esto tambien defiende Diana. La razon es, porque esta es muy sustanciosa, y inventada por su naturaleza para confortar el estomago, con que viene a ser demas sustancia que la Almendrada, leche y semejantes bevidas: de que nadie ha dudado que quebranten el ayuno.]

5. Pero no obstante esto lo contrario han sentido muchos Theologos de la compania de Iesus, Caedaticos de Salamanca hombres doctos, fundados,